

COLLECTION DES UNIVERSITÉS DE FRANCE
publiée sous le patronage de l'ASSOCIATION GUILLAUME BUDÉ

STACE

SILVES

TOME I
(LIVRES I-III)

TEXTE ÉTABLI

PAR


HENRI FRÈRE

Professeur à la Faculté des Lettres de l'Université de Nancy

ET TRADUIT

PAR

H. J. IZAAC



PARIS

SOCIÉTÉ D'ÉDITION « LES BELLES LETTRES »

95, BOULEVARD RASPAIL, 95

—
1944

Tous droits réservés

CONSPECTVS SIGLORVM

L = Laurentianus plutei 29, 32 saec. x solum 2, 7
continens

*L*¹ = manus ipsa sui correctrix

*L*² = manus antiqua correctrix

M = Matritensis Bibliothecae Nationalis M 31 anno
1417-1418

*M*¹ = manus ipsa sui correctrix

*M*² = manus altera correctrix, scilicet auctoribus

Mauricio Krohn Alfredo Klotz Poggii

m = reliquae manus correctrices

c = deteriores a *M* manantes saec. xv

Scriptura obliqua quam italicam dicunt notantur ubi
quod recipitur ab eo quod libri manusue *LL*¹*L*² *M* *M*¹
tradunt discrepat

a) uerba addita, litterae additae aut substitutae

b) littera post aut ante quam una pluresue litterae
sublatae sunt

* significat

a) infra positum *hic autem** *bonus* unum pluraue
uerba sublata et in apparatu critico collocata

b) supra positum *exigua** *fugimus* commutatam aer-
borum ordinem

IV

PSITTACVS EIVSDEM

Psittace, dux uolucrum, domini facunda uoluptas,
 humanae sollers imitator, psittace, linguae,
 quis tua tam subito praecusit murmura fatò ?
 Hesternas, miserande, dapes moriturus inisti
 nobiscum, et gratae carpentem munera mensae
 errantemque toris mediae plus tempore noctis
 uidimus. Adfatus etiam meditataque uerba
 reddideras. At nunc aeterna silentia Lethes
 ille canorus habes. Cedat Phaethontia uulgi
 fabula : non soli celebrant sua funera cygni.

At tibi quanta domus rutila testudine fulgens,
 conexusque ebori uirgarum argenteus ordo,
 argutumque tuo stridentia limina cornu,
 et, querulae iam sponte, fores ! Vacat ille beatus
 carcer et augusti nusquam conuicia tecti.

Huc doctae stipentur aues, quis nobile fandi
 ius Natura dedit : plangat Phoebeius ales

IV 2 sollers *M* || psittace *M*² : -ate *M* || 4 hesternas ς : Ext- *M* ||
 8 at [Lex c *M*² ut uid.] *M* || 9 phaetontia *M* || 11 At tibi quanta *M* :
 a tibi quanta Brandes *Ztschr östr Gymn* 1885, 580 quo tibi comta
 Havel *REA* 1915, 181 sed et psittacum ad umbras descendisse cum
 in terris pulcherrimam domum haberet intellegendum et notandum
 quanta cum u. 15 augusti congruere quod nihil est cur temples nec
 iugere debet locari poetam || 15 augusti *M* : ang- ς

auditasque memor penitus demittere uoces
 sturnus et Aonio uersae certamine picae,
 quique refert iungens iterata uocabula perdix,
 et quae Bistonio queritur soror orba cubili :
 ferte simul gemitus cognataque ducite flammis
 funera et hoc cunctae miserandum addiscite carmen :

20

« Occidit aerae celeberrima gloria gentis
 psittacus, ille plagae uiridis regnator Eoae,
 quem non gemmata uolucris Iunonia cauda
 uinceret aspectu, gelidi non Phasidis ales,
 nec quas umentis Numidae rapuere sub austro,
 ille salutator regum nomenque locutus
 Caesareum et queruli quondam uice functus amici,
 nunc conuiua leuis monstrataque reddere uerba
 tam facilis, quo tu, Melior dilecte, recluso
 numquam solus eras. At non inglorius umbris
 mittitur : Assyrio cineres adolentur amomo
 et tenues Arabum respirant gramine plumae
 Sicaniisque crocis ; senio nec fessus inerti
 scandet odoratos Phoenix felicior ignes. »

25

30

35

18 demittere Gronouius : dim- M inepte nec ad memor sed ad
 uerbum adinet penitus cf. 2, 5, 6 insertasque manus laxo dimit-
 tere morsu ut contra Liu 34, 50, 2 ut eas uoces... in pectora animos-
 que demitterent || 21 quaeritur M || 23 cunstaes M || 27 fasidis M ||
 28 umentis [u M^o] M || 32 dilectae M || 33 at m : ac M || 37
 foenix M

STACE

THÉBAÏDE

LIVRES I-IV

TEXTE ÉTABLI ET TRADUIT

PAR

ROGER LESUEUR

Professeur à l'Université de Toulouse-Le Mirail



PARIS

LES BELLES LETTRES

1990

SIGLA

- P* Codex Parisinus 8051 (Puteaneus) saec. IX vel X ineunte Corbiae scriptus.
- K* Codex Gudianus 54 (Guelferbytanus) saec. XI (desunt *Theb.* 1, 1-388; 4, 840-850; 8, 127-9, 230; 9, 454-903)
- Q* Codex Parisinus 10317 saec. X-XI.
- S* Codex Parisinus 13046 (Sangermanensis) saec. X.
- T* Codex Parisinus nou. acq. latinae 1627 (olim Turonensis) saec. X.
- g* Codex Parisinus 8054 saec. XIII.
- θ* Codex Matritensis 10039 saec. XI (*Theb.* 8, 739-12, 819).
- ε* Codex Parisinus 14140 saec. XIII.

Codices e Klotzii uel aliorum recensione translati et rarius citati :

- C* Codex Cassellanus 164 saec. XI
- D* Codex Cantabrigiensis Collegii S. Iohannis saec. X-XI.
- N* Codex Cheltoniensis Bibl. Th. Philippi saec. X-XI.
- r* Codex Roffensis Mus. Brit. Reg. 15.C.X saec. XI-XII
- i* Codex Bruxellensis 5337 saec. XI Bibl. reg.
- LACT. Lactantii Placidi qui dicitur Commentarios in Statii Thebaida et Commentarium in Achilleida recensuit Ricardus Jahnke, Lipsiae, 1898.
- T^o* indicat primam manum ante correctionem.
- T^o* indicat uel primam uel recentiorem manum post correctionem.

LIVRE I

1. Le poète choisit et délimite son sujet ; éloges décernés à Domitien. 46. Œdipe, condamné aux ténèbres, maudit ses deux fils et charge Tisiphone de les dresser l'un contre l'autre. 88. La Furie s'élançe vers le palais de Cadmus. La situation politique à Thèbes : le trône et l'exil, conséquences du pacte d'alternance. 197. Assemblée des dieux. Jupiter prend la parole : il punira, pour leurs crimes, Thèbes et Argos. Réplique de Junon qui prend la défense d'Argos. Jupiter charge Mercure de faire sortir Laïus des Enfers pour inquiéter Étéocle. Départ de Mercure. 312. Les errances de Polynice en exil. Son arrivée en Argolide au palais d'Adraste. 389. Angoisses du roi depuis l'étrange prédiction d'Apollon. 401. Tydée, également exilé de son pays, rencontre Polynice en cherchant le même refuge que lui. Querelle et combat des deux héros aux portes du palais. Intervention d'Adraste. 447. Réconciliation des combattants. Adraste reconnaît en eux ses futurs gendres et prépare, en leur honneur, une grande réception. Présentation, au festin, d'Argie et de Déipyle, ses deux filles. 557. Récit : l'origine des cérémonies religieuses qui se déroulent à Argos. Les amours d'Apollon et de Psamathe ; l'exploit de Corèbe et la clémence du dieu. 673. Adraste a reconnu Polynice et l'invite à racheter les crimes de sa famille. 696. Hymne à Apollon.

P. PAPINI STATI THEBAIDOS

LIBER PRIMVS

Fraternas acies alternaque regna profanis
decertata odiis sontesque euoluere Thebas,
Pierius menti calor incidit. Vnde iubetis
ire, deae? Gentisne canam primordia dirae,
Sidonios raptus et inexorabile pactum 5
legis Agenoreae scrutantemque aequora Cadmum?
Longa retro series, trepidum si Martis operti
agricolam infandis condentem proelia sulcis
expediam penitusque sequar, quo carmine muris
iusserit Amphion Tyrios accedere montes, 10
unde graues irae cognata in moenia Baccho,
quod saevae Iunonis opus, cui sumpserit arcus
infelix Athamas, cur non expauerit ingens
Ionium socio casura Palaemone mater.
Atque adeo iam nunc gemitus et prospera Cadmi 15
praeteriisse sinam : limes mihi carminis esto
Oedipodae confusa domus, quando Itala nondum
signa nec Arcteos ausim spirare triumphos
bisque iugo Rhenum, bis adactum legibus Histrum
et coniurato deiectos uertice Dacos 20

1. 1-388 desunt in *K*. || 10. tyrios *codd.*, LACT. : tyrius *Gronovius* ||
12. arcus *PQδ* : -cum *STΞDt* || 15. adeo *PQ^{ac}STδ^{ac}* : ideo *Q^{ac}δ^{ac}Ξ* ||
18. spirare *P^{ac}t* : spe- *P^{ac}QSTδΞ*.

aut defensa prius uix pubescentibus annis
 bella Iouis teque, o Latiae decus addite famae,
 quem noua maturi subeuntem exorsa parentis
 aeternum sibi Roma cupit. Licet artior omnis
 limes agat stellas et te plaga lucida caeli,
 Pleiadum Boreaeque et hiulci fulminis expers,
 sollicitet, licet ignipedum frenator equorum
 ipse tuis alte radiantem crinibus arcum
 imprimat aut magni cedat tibi Iuppiter aequa
 parte poli, maneat hominum contentus habenis,
 undarum terraeque potens, et sidera dones.
 Tempus erit, cum Pierio tua fortior oestro
 facta canam : nunc tendo chelyn satis arma referre
 Aonia et geminis sceptrum exitiale tyrannis
 nec furiis post fata modum flammisque rebelles
 seditione rogi tumulisque carentia regum
 funera et egestas alternis mortibus urbes,
 caerulea cum rubuit Lernaeo sanguine Dirce
 et Thebis arentes assuetum stringere ripas
 horruit ingenti uenientem Ismenon aceruo.
 Quem prius heroum, Clio, dabis? Immodicum irae
 Tydea? Laurigeri subitos an uatis hiatus?
 Vrguet et hostilem propellens caedibus amnem
 turbidus Hippomedon, plorandaque bella proterui
 Arcados atque alio Capaneus horrore canendus.
 Impia iam merita scrutatus lumina dextra
 merserat aeterna damnatum nocte pudorem

22. teque o *P^{ac}S^{pc}* Gronovius, Klotz : tuque o *P^{pc}Q^{ac}T^δε*
intellege tuque o...maneat et licet... poli in parenthesi scribere tum
oportet || 23. maturi *codd.* : -re Lachmann || 32. pierio *P^{ac}ε^{pc}l^{ac}* :
 laurigero *P^{ac}QSTδ* || 39. et thetis *codd.* : tethys et Lachmann *rectius*
sed inutile || 43. hostilem...amnem *P^Qδ^ε LACT.* : -le...agmen *Tr*
 lem agmen *S^εpc*.